

generali et quibuscumque aliis a predecessoribus nostris super hoc conditis, dummodo ultra tertiam vel quartam dietam aliquis extra suum districtum auctoritate presentium ad iudicium non trahatur. Seu si aliquibus a sede apostolica sit indultum predicta, quod interdicti, suspendi vel excommunicari seu extra vel ultra certum locum ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam de indulto huiusmodi eorumque personis, locis vel ordinibus mentionem sine qualibet indulgentia dicte sedis generali vel speciali, per quam tue jurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri, attentius provisurus, ne de hiis, super quibus eis est forte iam mota, seu que cause cognitionem exigunt et que indulta haberi contigerit, omnino carere iuribus et nullius fore decernimus firmitatis. Huiusmodi ergo mandatum nostrum sic prudenter et fideliter exequaris, ut eius fines quomodolibet non excedas, presentibus post quinquennium non valituris.

Datum Perusii 2. Non. Junii, pontificatus nostri anno primo.

Venedig, *Archivio di Stato*, *Bolle III*, n. 142.

Nachschrift.

Erst mit der Korrektur dieser Urkunden ging mir das 32. Heft der „Bibliothèque des écoles françaises d'Athènes et de Rome“ zu, in welchem Delaville le Roux im Anschluss an einen Bericht über das Johanniterordens-Archiv in Lavalette auf Malta 100 Johanniterordens-Urkunden zum Abdruck gebracht hat, unter ihnen auch die oben No. 3 mitgetheilte.
